

M. 240.

1.

Za
6106

FLORES VOTIVI,

Quibus

INFVLA

X 2047004

Quam

PARNASSVS IENENSIS

Insigne Musarum Domicilium

RECTORE MAGNIFICO

VIRO

Nobilissimo, Amplissimo, Experientissimo & Excellentissimo

DN. IOH. THEODORO SCHEN:

CKIO, Medicinæ Doctore, Chirurgiæ, Anatomix &
Botanicæ P. P. Celeberrimo.

MANU

VIRI Amplissimi, Excellentissimi ac Præclarissimi

DN. IOHANNIS Frischmuths/

Lingg. Sacrar. P. P. undiquaque Celebratissimi,
h. t. DECANI Spectatissimi,

CAPITI

Eximii, Humanissimi ac Politè Eruditi

DN. MICHAELIS DACHSELI,

meritò imponendam curavit,

Condecorata fuit

à

Dominis, Patronis, Promotoribus,

Præceptore atque Amicis.

Anno Epochæ Christianæ c1o lxx. D. xiv. Aug.

JENÆ, Typis Johannis Jacobi Bauhofferi.





QVando MAGISTRALI decorat Te JENA corollâ,
DACHSELTÏ, applaudo, corde micante, Tibi.

ἑπιτροχάδην Freibergæ - Hermundavorum

SEBASTIANVS Gottfried

Starch / SS. Theol. D. Pastor & Superintendens.

Plerii, MICHAEL, præfulgens stella theatri,
Laus ingens Charitum, Palladis acer honos,
Es totus siquidem Phœbo devotus, & aris
Theologiæ, meritò diva Salana tibi
Ante alios confert tituli surgentis honores,
Imponitque tuis ferta Magistra comis.
Auguror, augebit tibi Theuloga Gloria famam,
In laudes proprias, in Patriæque decus.
Perge modò endo hortis Sophiæ, sanctæque Sebææ
Corpore ferventi lilia grata manû.

M. GABRIEL SCHLEIFFEN-

TAGIVS, Freibergæ ad S. Petri Ecclesiastes Pr. &
Rev. Minist. Senior.

AD JUVENEM

Eximia Eruditione Humanitateq; Præstantiss.

DN. MICHAELEM Dachselt /

Freibergensem, Philos. Magistrum & S S. Theol.
Studiosum, Concivem - Amicum Suaviss.

ECce VIRIS staris gaudet celeberrima JENA,
Qui viridi lauru tempora docta ligant.

Sit felix laurus; maneat celeberrima JENA

DACHSELTO felix. Surgat ad alta Poli!

DACH

DACHSELTO faveat GERHARDVS, *Gloria JENAE,*
Eusebii splendor. Vivat in urbe decus
Sacrae Templi BEYERVS, Fautor amandus
Phœbicolûm. Vivant lumina clara soli
JENENSIS. *Vivas DACHSELT, perdocte MAGISTER,*
Ac patriis laribus commoda multa feras;
Ceu *Patrius* *clarus; qui per sex lustra Cathedræ
Præfuit in Templo, PETRE sacrate, tuo.
Hoc votum calidum calidò de pectore promo,
Dum lauru exornat *clara SALANA* caput!

*Dn. CASPAR Dachselt/
FREIB. Symmysta ad D. PETRI ab
AN. c15 15 LXXXVI.
ad AN. c15 15c XVIII.

αὐτοχρηστικῆ

M. Nicolaus Grefius,

Freibergensis. Gymnasii Patrii nuper
RECTOR; Nunc Templi Cathedralis
ibidem ECCLESIASTES.

Προσφώνιος Parodica

ad faciem Od. XX. Lib. III. Carm. Horatii.

Vidimus quanto fueris labore
Haecenustractans dociles libros tot,
Docta ne utiquam & fugiens inaudax
Prelia multa.

Nunc per astantes Juvenum catervas
Vadis insignis, repetens brabeum.
Grande certamen peperit laboris
Præmia clara.

Interim quamvis celeres sagittas
Promat & dentes acuat malignos
Livor: ast Jovam posuisse nosti
Hanc Tibi *Palmas*.

A 2

Porrò

Porro & is lauri recreabit aurâ
Laurum odoratis nitidam capillis,
Addet in sacris studiis labori
Pondera magna.

*Sic ἀνόδως Concivi & Amico Dulcissimo
Honores gratul. Academ.*

M. Michaël Schirmerus,
Gymnasii Freib. Rector.

Αὐτὴ ὦ πολύμητις ἀνέπλασε χερσὶν ἀθήνη,
Γόξατε πιερίδων μεδέων πολύχρυσον ἀπόλων
Ἐτρέφε βοιωτῆο πῶδ' σκοπὴν ἑλικῶν,
Καὶ ὦ σομάτισσιν ἀνερείφαντο μέλισσας
Ἄθηα δρεφάμμου μελιφθόγων ποικίλα μεσῶν,
ἢ χάρεισθ' ἐὰ δῶρα ἐδώρησαντο καὶ αὐταί,
Οἴτε τέλ' ἄφρη πεπυκασμένοι ἴσμεν ἔω' αὐτῶν
Τῶν τῆ μηλιέτη τέκνων τῆ κεφαλαία.
Ταύτης εὐτυχίας πμῆτε συνήδομ' ἐν ἄλλοις
Συγχαίρασι, Φιλ' ὦ πολυφίλτατε, σοὶ ὀλοφύχως.

Frerbi Tuis

M. Andreas Beyerus,
CONR. Lyc. ibid.

*Parodia Ovidiana ex lib. 2.
de Ponto Eleg. I.*

Huc quoque Dachselii pervenit fama Magistri,
Candida quò placidi vix venit aura poli.
Nil fore dulce mihi triviali sede putavi;
Jam minus hæc odio est, quàm fuit antè, Schola.
Tandem aliquod gratum depulsâ mole laborum
Venit, sic oneri verba dedique meo.

Nollit

Nolit ut ulla mihi contingere gaudia Momus,
Velle potest Musis hæc tamen una dari.

Preces, ut à Musis hilari pietate colatur
Tristitiam poni per sua castra jubet.

Gaudia *Dachselii* mea sunt pro parte virili,
His fruor hîc absens, ut vetet ille dolor.

Gratia *charo* Tibi, per quem percepta *Sophie*
Incluso scholicis est mihi *palma* plagis.

Indice Te didici, *Frischmuth* visenda coisse
Innumeras Musas ad Ducis orsa sui.

Quodque capit magnum longis ambagibus orbem
Museum publi vix habuisse locum.

Tu mihi dixisti, cum multis lucibus antè
In terram assiduas fuderit Auster aquas;

Numine cœlesti cœlum micuisse serenum
Cum Charitum vultu conveniente polo;

Incluta sumtuos suctas insignia mitras
Tum jurasse prius Præfulis inq̃e domo;

Lætitiâque sui summos hilarâsse Brabentas
Illo quo Sedem culmine semper habent;

Atque ita Præconem cum magnæ vocis honore
Dachselio Sophie dona dedisse meo.

Protinus hinc felix supperaddo plausibus omen,
Et Tibi de titulo gratulor ipse novo.

Dii Tibi dent annos, à Te nam plurima sumes,
Sint modo virtuti stamina longa tue.

Hæc quoque, qui claris famam virtutibus æquat
Patris, Gerharde debita vota fero.

Per quem depositus, certè jam frigidus æger
Servatus, *studii dux* fuit ille mei.

Gratia *Gerharde!* vigeant penetrata gentis,
Cur aq̃, sit superis, Principibusq̃, tui!

17 Longa dies citior brumali tempore, noxque
120 Tardior hybernâ solstitialis erit;

Quam

Quam mihi Gerhardi veniant oblivia magni,
Nam tanti meriti gratia perpes erit.

*In tessera grati animi erga summum Patronum D. Ger-
hardum, olim VVitteberga Promotorem suum longè
meritissimum, & amoris infucati erga concivem
f. Imq. Freibergæ*

M. TOBIAS MOLLERVS,

Freib. Schol. patr. p.t. Tritodidascalus.

Quis Tua DACHSELI, nostrum pars certa Sophorum,
Præmia non memoret partosque extollat honores?
Nempè diu patulis alibi versatus in agris
Pro requie tandem Salanam deligis umbram,
Quæ propè sub toto Musis gratisima coelo
Cultores placidis recreat de vertice ventis.
Haud melior potuit contingere meta viarum,
Namque novem geminis. Te nuper svaviter ulnis
Phœbi sancta cohors, ad Honoris amabile templum
Duxit & optatâ Doctorum in sede locavit;
Calliope flavas demulsit læta capronas
Et tua labra suis strinxit jucunda labellis:
Hinc quæ Te genuit Freiberga, argentea tellus,
Myforum sedes, ejus Mavortia proles,
Proxima Dîs Heros, varii discrimine belli
Nunc elapsa, suum gestit spectare Magistrum.
Sed quid ego voveam? quibus aut mea vota loquelis
Fundam? perpetuò ut virtus & parta labore
Gloria sit patriis semper notissima terris.

*Ita Per - Eximio atque Humanissimo Dn. Michaëli Dachselio,
Philosophia Magistro dignissimo, Fautori suo honorando, de no-
vis haud pridem ipsi collatis honoribus ex animo gratulatur*

M. IOHANNES ELEVOGT.

Co

13
COI πολὺ συγχαίρω τιμῶ, ἃς Φοῖβος ἔδωκεν,
Ἐμὲ δὲ ἃς Ἀρετὴ ἔμπεπόρηκε Φρενός.
Εὐδαίμων τέτων εἴη! εἴη τῶν πάντοτε Φαίδρος!

COI τε Φέροισεν εἰν χάριματα, ἠδὲ τεοῖς!

Ita Per-eximio Dn. Magistro de novis honoribus
αὐτοχ. gratulab.

M. Marcus Timæus.

Ad

Dn. M. Michaelem Dachselium,

Amicum suum dilectum ac honorandum,

S. P.

MELIS ab obscurâ prognata est *Filia* Noctæ;

TE sobolem *Luctis*; protulit alma *Dies*.

Illa Patrem *Somnum*; Tua sed vigilantia *Phœbum*,

Agnoscat, magnum *Fama* parata *Deum*.

M. Arnoldus Bakius, Tre-

monia Gvestphalus.

QVAM nunc ex merito concessit, Apollo tiaram;

Hanc prodesse velit S U M M U S, Amice, precor!

Ita è *Competitoribus* vovebat

M. IOH. BERTRAM. Langrötge

Hattnegâ-Westph. SS. Th. Stud.

Pindarische Ode.

Satz.

Himmel-süßes Zucker-Leben /

Ehre/Ruhm und Herrlichkeit

Wil die dreymahl Einigkeit

Ihren stillen Kindern geben /

Welche allstets fleißig hier

Sich vergraben ins Papier /

Lassen Welt und Geld hinstreichen /

Daß Sie mögen nur erreichen

Den belobten Musen-Klee /

Auf den zwengehörnten Spizen

Witzen unter Göttern sitzen /

Achren weder Wind noch Schnee

Gegen-

6106 QK
Gegen, Satz.

Diesem also nachzuleben / Welche ist auf Pindus Zinnen
Nur mein Freund / mein and' Ich / Loben Seine kluge Sinnen /
Sich bemühet hefftiglich / Und verehren Ihm zu Lohn /
Bald Tagtäglich nachzustreben / Weil Er sich durch hohes Wissen
Bis Er endlich auch erreichte / Dieser Zeiten Nacht entrissen /
Was ihn hier den Göttern gleiche. Die gewünschte Ehrens Krohn.

Nachklang.

W Eil denn nun der Götter Gott / liebster Freund / Euch so bezahlet /
Vor den heißen Grillenschweiß / mit Preis / Ehr und Ruhm bemahlet /
Ja selbst solchen theuren Ruhm schon der Jamen grauen Schild
Eunverleibet / und zu Spott allen Falschen vorgebild ;

Darum schrey ich auch Glück zu /
Zu der neuen Ehrens Ruh :
Friede / Freud' und Wohlergehn
Müß Euch stets zur Seiten stehn !

Also wolte seinen vertrauten Freunde und Mitgönner bedienen

M. Johann Kelner /
Arterensis Thuringus.

Q Vostua sedulitas meruit, mi Fautor, honores,
His Te, vel tandem, lux hodierna beat :
Pulehrum nempe fuit tenus hęc TIBI scripta Sophorum
Voluisse, ac artes addidicisse bonas.

Hinc TIBI pileoli violacea gloria Jure
Traditur, in digito & fulgida gemma nitet ;
Quin proclamaris, FRISCHMÜTHI voce, Magister,
Ac Sophiæ meritò Doctor honoris ovas :
Patroni id propter TIBI prospera quæque precantur,
Fautoresque omnes vota precesque ferunt.

His adjungo meum : Det JOVA, ferat nova Laurus
Hęc TIBI, DACHSELI, commoda mille ! Vale.

Exiguò hęc carmine Per-Eximio Dn. M. Dachselio, Fautori
& amico suo honorando de honoribus Magisterialibus
animatus gratulabatur

FRIDERICVS ZIEGNERVS.

F I N I S.

1077

m.c.

AN. 240.
1.

FLORES VOTIV

Quibus
INFVLA

Quam
PARNASSVS IENE

Insigne Musarum Domiciliu
RECTORE MAGNI

VIRO

Nobilissimo, Amplissimo, Experientissimo & E.
DN. IOH. THEODORO

CKIO, Medicinæ Doctore, Chirurgiæ,
Botanicæ P. P. Celeberrim

MANU

VIRI Amplissimi, Excellentissimi ac Pro
DN. IOHANNIS SRI

Lingg. Sacrar. P. P. undiquaque Cele
h. t. DECANI Spectatissim

CAPITI

Eximii, Humanissimi ac Politè Er.
DN. MICHAELIS DAC

meritò imponendam curav.
Condecorata fuis

à
Dominis, Patronis, Prom

Præceptore atque Amici

Anno Epochæ Christianæ c1o lxx lxxii.

JENÆ, Typis Johannis Jacobi Ba

